

II. REGNUM MORTUORUM.

Nro. 73.

*Secretum litterarum commercium inter Vivos
et vita functos.*

Elysium-Meum, Die Veneris 12 Octob. 1810 (Nev. 25. Sep. 1810.)

Nullae Athenæ, aut Sparta — Europa cultura per-
ficienda est; non ad Calocagathiam cujusdam
Græci Sophi, aut artificis; sed ad humanita-
tem, & rationabilitatem, quæ cum tempore
orbem terrarum ambitu suo complexura; præ-
vii adparatus jam facti sunt, futurum tempus
ad maturitatem eos perducet.

Germanus amico suo in Elysio:

Ex mundo superiore.

Notum tibi perspectumque erit, dilecte Po-
pularis! paucis ante decadibus annorum ca-
lignæ ignorantæ, & politicæ superstitionis
Europam obnubilatam fuisse, ex qua in plu-
ribus regnis intergerinus mediæ ævi paries
adhuc agnoscere potuit; omnis scientiæ in iis
regionibus pro schola, non pro communi vita
finis erat. Sinistre inite Politicæ rationes, dis-
sensiones opinionum, gentes, prout singulos,
ab invicem alienarunt. Universalis politiciæ
Systematis mutatio, conversio in tota poli-
ticæ Constitutionis orbis machina consequi
dehuit, ad mala hæc radicitus eliminanda. —
Ad hunc, tam necessarium, quam fini con-

formem novum rerum proci- dum ordinem inter Gallicanæ revolutionis procellas, fatis graviter vexatus, juvenis exærevit heros, electus a providentia ad imperandum, non hæreditario Jure, sed mentis vi, qualem præter Romanum Julium Cæsarem nullus mortalis, quem Annales loquerentur, in æquali gradu possidebat, qui exemplaria sua ex virili vetustate elegit, & omnes post se reliquit. — Huic *Napoleonis* nomen est, quem assiqui nemo potuit. — Alacri masculo robore hydræ, licentiæ Galliæ, limites posuit — convertit, ut dignus olim antecessor suus Carolus Magnus, populos ad Albim ad Christianã sacra, sic ille collidentes secum ipsos Europæ principes ad Politicam, extraxit amplum Imperium suum ex suo pernicioso Labyrintho energica vi, novas ei dedit leges, ratione Jureque nixas, tolerantiam in omnes religiones induxit, excitavit artes & scientias, præmia honoresque eis decernens; commercia interna imperii sui ad florem perduxit, faciliorem partium inter se nexum, extruendo novas vias commerciales & canales ducendo, fecit; Germaniæ principes ad communem rationem Status consociavit sicque diversos ramos nationis Germanicæ ad integrale totum coadunavit, qui grati in eum, leges tolerantiamque ejus adoptarunt. — Ille tuetur Europam ab irruptionibus barbararum turmarum. Per sanguinis cognitionisque vinculum cum potente pervetusta Augusta Austriaca Domo; per possessionem solii successorum Ga-

stav
clar
Duc
tem

ex
nebo
perts
para
tura
pulu
vers

vitat
riore

hic
neti
cura
tius

Secr
die i
psæi
detur
eveh
inter
tioni
eveh
tanni
portu
Distr

stavi Vasa & Caroli XII. in manibus ingenio clarissimi, fide præstantissimi suorum Belli Ducum, stabilit Europæ pacem & quietem fortassis in sæcula sæcula.

Ex his Care Popularis! paucis &, ceu ex nucle, percipies; quantam quamque beneficam conversionem orbis hic noster expertus sit. — Et tamen ouecta hæc præparatoria duntaxat, basis tantummodo futuræ politicæ salutis. Est eleganter popululans fructus seminis sati. — Pax universalis eum ad maturitatem perducet.

Adnecto his maxime notata dignas novitates, obsecro eas reliquis in mundo inferiore popularibus communicare velis.

Rotterdamo die 11. Sept. Jam legitur isthic sequens Schema aduolutum Iussui Cabineti, qui novis Anglicanis *Licentiis* pro uetura in Galliam, prout in quibusvis *Licentiis* mos est, in duplicato adnectitur. —

Vitichallia die — 1810.

„Coram Lordio, admodum venerando Secretario Consiliario Suae Maj. — Cum hodie in Conclavi officii humillimus libellus — prælectus sit, hisce disponitur: ut licentia detur ad — sub qualicumque vexillo Gallico, euehendi ex portu — in Gallicum portum inter — & — utroque incluse, quosvis articulos, cuiusque proprios, quos legatenus euehere licet, excepto gossipio, & in M. Britanniam inuehendi ex memoratis navalibus portibus, aut quibusvis aliis in designatis Districtibus sitis, cum venia ex dictis navalibus

bus portubus cum navali onere eum portum
adeundi, in quo navis Inonerenda, onus,
cujuscunque demum etiam fuerit, constans
annona, fare, lapidibus molaribus, semente,
oleo oliv. vino, sub conditione, ut navis
vinum investura, vigore licentiæ in Galliam
evexerit merces in Anglia fabricatas, aut
Ostindicas, Zacharum, Coffeam, pro 3tia
totius oneris parte, utque memorata supra
ratione Invehenda in $\frac{2}{3}$ partibus annona &
fare constare debeat, si leges annonæ intul-
tu sonantes ejus investitionem admittant, &
in semente; utque in nullo Casu quantitas
vini tertiam partem oneris excedat; memo-
rata proportio tam respectu evect. quam in-
vestitionis ad convincendos Teloniorum Offi-
ciales sufficienter in portu investitionis de-
monstranda, insuper adhuc sub conditione:
ut memorata navis, ita vino onerata portum
Falmouthio ortum versus situm petat, Fal-
mouthii, aut Plymouthii Comitivam (Convoy)
expectare, absque comitiva ortum versus
Plymutho nequâquam procedere, atque an-
te adventum in destinationis portu ab ea se
separare ne audeat, quamdiu memorata co-
mitiva eam tuendi jussa habet; Institor navis
venia — gaudeat onus recipiendi, atque
cum navl sua & ejus Incolis quemlibet non
obsidione cinctum portum petendi; porro
sub Conditione: quod non subintelligatur, qua-
si hæc licentia navim a Gallicis nautis rectam
tueretur, aut ullam navem Gallicæ structuræ,
cum exceptione earum, quæ ante, ad hostiles

naves relationem habentem, Cabineti de 10. Nov. 1807. ordinationem adprehensæ, aut Gallois e manibus traditæ sunt, quodque nomen & capacitas navis, prout & nomen Institutoris navis, & datum Expeditionis ex portu inonerationis in averse parte memoratæ licentiæ, tempore expeditionis adnotetur. Memorata licentia vim & vigorem — habeat, hoc lapsa tempore, aut prius, dum memorata Invectio perfecta est, Commissioni Teloniali Sæ Majestatis in portu Londinensi, Perceptori teloniali in maritimis portibus consignanda est. Atque admodum æstimandus Richardus Ryder, unus e nobilissimis Status Secretariis, Sæ Maj. hisce peculiari potestate instruitur memoratas Licentias elargiendi in Casu quo nihil obvertendum existimat, cum duplicatum hujus eum in finem adclusæ ordinationis advolvit."

Parisii die 20. Sept. Monitor hodie promulgat sententiam mortis Commissionis militaris primæ militaris Divisionis de 14. h. adversus prætensum Polonicum Comitem & Melitensem Equitem nomine Hieronymum Pagowsky latam cum sequente de judicato notitia: „Quidam Pagowski, qui Polonicum Comitem & Melitensem Equitem se prætenderat, atque die 14 per milit. Commissionem mortis damnatus erat, Anno 1802 ex Gallia, & 1805 ex Russia expulsus, Angliam petiit, ex qua 1807 in Majo de novo in Continentem ejectus est. Rediit Parisos, ubi Judicio ob crimen falsi & imposturas damnatus est:

exacto biennali carcere in Bicetre elapso Martio ad limites Galliae transportatus est. Eodem tempore cautum reddidere publicum Galliae Ephem. prolixis relationibus de versutis hujus hominis, qui eorum communis impostor habebatur. — At brevipost larvam mutavit, atque nomen, basis novarum ejus maleversationum, perduelles tractationes, imo & consilia facta sunt, cum in finem litteras scripsit Francofurtum & Hanoviam immediate sub 8. & 9. Maji, 5. & 24. Junii ad diversos Imperantes, postremum memorato die scripsit & ad Admiralem Saumarez in Baltico Mari, sub nomine personae, quae ex Carceribus cum Barone Kolli profugisset, et probabile est, haec ex auctoritate novissimae Anglicanae Ephemerides plene adventu Kolli in Angliam esse. —

Arcana Conclavia indignatione mota in Pagowskium ejus adprehensionem procurabant, atque de anterioribus hujus sceleris delictis per novas has maleversationes edocta, ex officio necessaria documenta transmissere, quae, cum reconvento & ejus defensori nullum quo defensio instrui posset, remedium relinquerent, abominationem, atque convictionem Judicum ad maximum gradum perduxerunt.”

In postremo examine Inquisitus ad usitatas quaestiones intuitu nominis, aetatis &c. seqv. ratione respondit: „voco Hieronymus Comes a Pagowsky, sum Eques Melit. subditus Austriae, natus 21. Aug. 1777. in

prad
Pago
thuer

intuit
40 &
quog
netæ
rata
Gallia
Fr, 1
Hujat
Aug.

rei a
vimu

quibu
1810
existe
dæ su

esto r
mone
atque
bus,
isthic
compi
linqui
ptis C
lition

prædio **Rewuen Gallicæ**, filius **Johannis C. a Pagowski & Annæ** quondam **Com. a Graethuen.**"

G a l l i æ.

Amstelodamo 20. Sept. Rursus Deoretum intuitu Colonialium mercium pendendorum 40 & 50 procent. emanavit. Cui Elenchus quoque advolvitur, valorem Hollandicæ monetæ secundum Gallicam definient. Memorata 40 & 40 pro Cent. vigore Decreti in Gallia liquidanda sunt. Holl. Florenus in 2 Fr, 10 Cent. computatur.

Hujates officiosæ paginæ seqv. Cæs. de 30. Aug. ex S. Clodoaldo Decretum continent:

„*Napoleo &c.* Ex propositione Ministri rei arariæ nostræ & Thesauri publici decrevimus ut sequitur:

Art. 1. Præstationes de 50 & 40 pro Cent. quibus per Decretum nostrum de 9. Julii 1810 intus commemoratæ, & in Hollandia existentes merces affectæ, in Gallia liquidandæ sunt.

Art. 2. Proprietariis mercium liberum esto memoratas præstationes seu in Gallicæ monetæ speciebus, aut Hollandicis Florenis, atque speciebus Florenum pluries continentibus, aut vice versa, secundum advolutam isthic *Tariffam* Florenum in 2 Fr. 10 Cent. computando, dependere. Perinde liberum relinquatur, debitoribus, præstationes in perceptis Cambialibus ad definitum terminum solvitionis dependere.

Art. 3. Adnexa huic Decreto Tariffa exterum ad Hollandicum Territorium applicabilis usque est, quo moneta Holland. in Gallicam recusa fuerit. Decretum de 18. h. quod valorem florenti atque eo contentas monetæ species, & vicissim invertendo, definit, in cunctis reliquis Imperii nostri partibus executioni dandum erit.

Art. 4. Ministris nostris rei ærariæ atque publici thesauri executio hujus Decreti demandatur.

(Subsor)

Napoleo.

Edicto Francofurtensi de 11. Sept. h. o. continentur 90 facile Nomina diversæ conditionis sexusque, eorum, qui territorio & urbe excellere absque lege moreque recepta veniæ petitione atque præstita exacta præstandorum securitate, quorum locus commorationis latet; quare altiore jussu decernitur: ut seposita ulteriore dissimulatione præcitati Edictaliter, & sub termino 3 mensium peremptorie coram Commissione rationum provocentur; Casum in contrarium termino præfixo elapso, intuitu restantis summæ percipiendæ, aliorumque præstandorum quod Juris fuerit, disponendum, expectandum habent.

Doctrina Moralis.

¶ Sapientiam constantem occupationem tuam deligito. — Loquere pauca, tanto agito plura. — Non verba elegantia sed actiones bonæ valorem hominis efficiunt. — Amor veri, administratio Juris, atque animorum Concordia mundi Cursum conservant.

Talmudi Halacha.